



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt CXXX. Sanctæ Fidei Collegivm Metropolitanum in America.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

220 DE CANONICORVM  
SANCTAE MARIAE COLLEGIVM  
*Gerulitanum in Hollandia.*

**C**ollegium Beatæ Mariæ in Geeruliet,  
Hollandiæ vico, quod est quindecim  
Canonicorum, fundauit *Nicolaus* Dominus  
de Putten & Stryen, qui obijt anno millefimo  
trecentesimo vndecimo.

C A P V T CXXIX.  
CAESARAVGVSTANVM COLLEGIVM ME-  
*tropolitanum in Hispania.*

**C**AESaraugusta, Ptolomæo Cæsarea Au-  
gusta ab Octauiano Augusto Cæsarea  
sic dicta, hodie Saragoza ad Iberum fluuiū, re-  
gni Aragoniæ Metropolis, habuit olim Epis-  
copum Torraconéfi Archiepiscopo Suffraga-  
neum, sed Ioannes X XII. eam Archiepisco-  
pali dignitate auxit, ut Mariana libro 15. c. 15.  
Rerum Hispaniarum tradit. Ecclesia ipsa Ar-  
chiepiscopalnis Cæsaraugustana, solet esse re-  
gularis, id est Canonicorum regularium or-  
dinis S. Augustini; sed nostra ætate Canonici  
regulares facti sunt sacerdotes, ut vocant, au-  
toritate Pontificia, idque petente Philippo  
secundo Rege Catholico.

C A P V T CXXX.  
SANCTAE FIDEI COLLEGIVM  
*Metropolitanum in America.*

**S**anctæ Fidei ciuitas, vulgo Sancta Fè de By-  
gotæ in nouo regno Granatensi (quod est  
pars

pars Americæ meridionalis) in contineti sita,  
Proregis Hispani & Senat<sup>o</sup> sedes, vrbs est Ar-  
chiepiscopalii cui suffraganei sunt Episcopi  
*Carthaginensis & Popayanensis*, vt arbitror. In  
eadem vrbe insigne est collegium cathedralē  
Canonicorum, item collegium Soc. IESV, &  
monasteria Dominicanorum, Franciscanorū,  
& Augustinianorū, cum aliquot monialium  
cœnobij. Dicitur autem vrbs *Sanctæ Fidei de*  
*Bogota*, ad discriminem alterius opidi S. Fidei,  
quod in eadem America Septentrionali ad  
mare situm est haud procul ab opido Cumano  
ex opposito Margaritæ insule, Margaritis, gé-  
misque ditissimæ.

Sunt & alia plurima Canonicorum colle-  
gia cathedralia per Indiam occidentalem, à  
Catholicis Regibus Philippo II. & tertio  
fundata: quæ suos habent Decanos, Archidia-  
conos, aliasq; dignitates Ecclesiasticas,  
vt in orbe nostro Euro-

pæo.

F I N I S.

INDEX.